

re Fredericum, ultimi Henrici imperatoris
 filiū, ab universitate electum, futurum
 imperatorem declaravit, ^{et} ad hanc
 conspirationem adversus Ottonem, et
 contradictionem, prefati principes, ab
 universis ^(transmissis) et singulis litteris apostolico
 transmissis. Spirensis episcopus, qui
 in imperiali aule paulo ante cancella-
 rius et secretarius extiterat, in mat-
 riae Maguntinensis ecclesie, coram multi-
 tudine innumerabili, verbum Dei ex-
 hortando, proponens, in pontificalibus
 sub testificatione ^{juris} jurandi vera-
 citer asseruit, Ottonis fuisse propositum,
 ut de singulo aratrorum, nove exacti-
 onis genere excoctato, unum flore-
 commun omni anno haberet, et hoc sta-
 tuto imperiali irrationabiliter perse-
 luaret. Preterea, quod fedum et horren-
 dum est dicere, de meretricio et lupana-
 tribus novum sibi jus confingens, de cri-
 aminoso facinore genera^t lucri sibi quere-
 bat elicere.

Anno Domini MCCXIII. cum ^{que} princi-
 pes imperatoris Ottonis Wissensee valla-
 rent, suis dapifer cum infidelibus Thu-
 ringis et comitibus de Honsteyn, de
 Stolbergk, de Bichlinggen, et quam plures
 alii barones et nobiles preveniens,
 curijs cum edificiis oneratis, ut in
 monte Wittenbergk propugnacula erigeret,
 ad expugnandam Thuringiam facilio-
 rem sibi pararet aditum.

declarent.

ingrat. lris.

H. l. ampl.

16. 12. 12.

magistris.

hrc

petuare

gra.

principes.

infidet

cu